



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Henrici Canisi[i] Noviomagi, Belgæ, Jn Academia
Ingolstadiensi SS. Canonum Profess. Ordinarii & Primarii,
Opera Quæ De Ivre Canonico Reliqvit**

Canisius, Heinrich

Coloniae Agrippinae, 1662

In Tit. XXI. De Pignoribus Et Aliis Cautionibus. In Cap. Latot 2.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62169](#)

21 Præterea, et si alienatione feudi à vasallo facta, ita committatur feudum, ut statim ad dominum redeat, submotis omnibus vasalli descendantibus, & adgnatis, tit. 24, §. 2, lib. 2, Feud. Et text. hic in c. 2, id tamen restringendum est ad vasallum sacerularium; secus enim si vasallus sit Ecclesiasticus, possidens feudum Ecclesiae suo nomine, qui, si alieno illud feudum, vel ex alia causa delinquat, quæ privationem feudi mereatur, non idem tamē feudum omnino aperitur domino, sed tantummodo ad vitam ejusdem Clerici, quis feloniam admisit, nam eo mortuo successor eius restituentur feudum, tit. 40, §. un lib. 2, Feud. Etenim delictum personæ non debet in detrimentum Ecclesiæ redundare, c. 76, De R. L. in 6. Cūm igitur in secunda quæstione hujus c. nost agatur de vasallo sacerulari, qui propter alienationem feudi à se factam jure suo cecidit, ita, quod feudum ipso factum redierit ad Ecclesiam; recte responsum est à Summo Pont. illud rursus licet in feudum concedi posse ejusdem filio, vel consanguineo: cūm Ecclesia in concedendo tali feudo utatur jure suo, pereat, qua superā diximus ad primam questionem text. nostri.

22 Cæterum, cūm vasallus non dumquam ex alia causa, quam alienationis, priuetur feudo suo, veluti, si fratrem suum, vel alium (quod tamen factum parricidii appellatione continetur) occiderit, vel alium quemcumque fraudulenter, d. tit. 24, §. 2, Et tit. 37, lib. 2, Feud. ita, ut in curia amplius stare non possit; hīc distinguendum est inter eas, ingratitudinis sive felonie, qua plures recentur a Franc. Sonsb in Comment. in Vjus Feud. p. 12. Et à me in Summa iuriis Canonici tit. de Feud. Ut, si qua à vasallo admissa est in dominium suum, feudum omnino committatur, & ad dominum redeat, exclusis omnibus descendantibus & adgnatis vasallis; ut hanc saltem dominus, ait text. habeat sue injuria ultionem, d. tit. 24, §. 2, Et tit. 37, lib. 2,

Feud. si in aliud delictum admissum sit, feudum quidem amittatur quoad descendentes vasalli, & adgnatos proximos, sed non quoad remotores, qui scilicet quarto gradu sunt, qui recte in tale feudum succedunt, & præferuntur pri domino, tit. 1, vers. 1 vasallus culpam, Et tit. 31, lib. 2, Feud. Atque hæc singulari ratione in feudis recepta sunt; alioquin regulariter constituti juris est, ac pœnæ suos autores transgrediantur, l. 22, C. De pœnæ. Illos autem adgnatos in successione solos intelligimus, qui ex primo vasallo investito descendunt, non eos, qui ratiū sanguinis vinculo sibi invicem sunt coniuncti: nam nec fratres inter se, quoad feudum novum sibi invicem adgnati dicuntur, tit. 11, lib. 1, tit. 14, vers. 1 duo fratres lib. 1, Et tit. 12, lib. 2, quamvis alias fratres inter se adgnati sint, sibiique in vicem succedant in bonis alodialibus, ut videtur est Novel. Inst. 118, c. 3, Et tit. 1, §. 14 cum tit. seq lib. 3, Inst. 1.

Jam, quod ad tertiam quæstionem attinet hū-
ius c. nostri, ex ejus decisione illud annotandum
est, quod Ecclesia possit feudum propter aliena-
tionem commissum, & recuperatu difficile, alter-
ricedere, qui illud recuperet. Ratio patet c. xiis,
qua ad priores duas quæstiones suprà adduxi-
mus. Huic autem refragari videtur textus in l. 1,
Et l. 2, C. Nels. pot. patroc. litig. Et in c. 2, §. un sup. De
alien. iud. mis. causs. facta, quibus locis jacuita cau-
se multa tantur illi, qui eam in potentiores trans-
ferunt; at verò hæc translatio feudi in poten-
tiorem fisi ergo, &c. Verum hic alia ratio subest:
cūm enim propter alienationem factum feudum
ipso jure aperatum sit Ecclesiæ, ut suprà probatum
est, ac proinde certum & exploratum jus habeat
Ecclesia, qua est domina ipsius feudi, non potest
dicifeudum in potentiores transferre, oppri-
mendi vel vexandi alterius causā; quod solum in
contrariis iuriis coërectur. Vide, qua habet Jason.
add. l. 1. C. Ne lic. potent. &c.

IN TIT. XXI. DE PIGNORIBUS ET ALIIS CAUTIONIBUS.

In Cap. Lator 2.

S U M M A R I A.

- 1. Liber homo ex causa aris alieni detineri non potest.
- 2. Si bonus suis cedere velit.
- 3. Cessio hac ubi, qualiter, & à quibus fieri possit.
- 4. Effusus cessio.
- 5. Cessio ignominiosa quid operetur.
- 6. Cessionis beneficium quibus non detur.
- 7. An et renuntiare debitor possit?
- 8. Creditor debitorem fugientem propriā auctoritate detinere potest.
- 9. Arresta contra debitores extraneos de consuetudine permittuntur.

Textus

- T**extus hujus Cap. traductus videtur ex Justiniani Novella 134, c. 4, & ex Quis filios 6.
- C.** Quae res pign. oblig poss vel non. Cujus haec sententia est, † quod liber homo propter $\alpha\sigma$ alienum detineri non possit, etiam si apud debitorem nihil sit, quo satisfiat creditoribus. Qui tex-
tus si accipiat de filiis debitoris, vel alii libe-
ris hominibus loco pignoris non detinendis, per
se planus est; cum ea tantum pignori accipi pos-
site, quae sunt in bonis nostris; at liber homines
in bonis nostris non sunt. d l 6. Si verdi intelli-
gatur de ipso debitore, ut si $\alpha\sigma$ alieni nomine à
se contracti detinerti non possit a creditoribus,
haec ratio assignatur, quam tradit Venuleius Ju-
risc in l. 2, D. De hom. lib. exhib ubi inquit, non
multum eos differre à specie servientium, qui-
bus non datus facultas recedendi: item Papinian.
in l. Tito centum 7., § 2, D. De condit & demonst. I-
gitur cum detentio hominis liberti cum ipsa li-
bertate pugnet, rectissime dicuntur, quod liber ho-
mo ob $\alpha\sigma$ alienum detineri non possit, ne hoc mo-
do infringatur jus libertatis, quod nullam $\alpha\sigma$ ti-
mationem recipit, l. Libertas, o. 6, D. De R. 1.
- 2.** Debitorum vero talem hic accipimus, qui bo-
nis suis cedere vult, hoc est, permittere ea suis
creditoribus: aliqui merito detrudetur in car-
cerem, per text in l. 1, C. Qui bon ced poss. Siquidem
hujusmodi debitor non cedendo bonis suis, sed
eadem sibi retinendo, videret potius contemnere
libertatem; instar ejus, qui ad pretium partici-
pandum se venundari passus est, §. 5. Inſt. De jure
person. Unde debitores $\alpha\sigma$ alieno oppressi dilige-
nter novent hoc beneficium cessionis bono-
rum, quod ipsis a jure tribuitur, nescilicet a cre-
ditoribus in carcere rapiantur; de quo tamen
in progressu laetus, & in c. 3, inf. De solut. ubi dice-
mus, quid juris sit in Clerico debitor.
- 3.** Atque haec cessio bonorum non tantum in ju-
dicio, sed & extra iudicium sola debitoris profes-
sione fieri potest, dicentis, v. g. Cedo bonis, vel id
ipsum per nuntium sive per epistolam vel aliud
signum declarantis. l. In omni 6, C. d. t. Qui bon ced.
poss & l. s. D. De cess. bon. Et non tantum patribus-
familias, sed & filiis familias competit, ut & hi ced-
endo bonis suis, si quae habent, vel etiam, si nulla
habeant, ad similitudinem patrum famil. effu-
gere possint incarcerationem, l 7. C. d. t.
- 4.** Non tamen per hanc cessionem liberantur om-
nino debitores a creditoribus suis, sed interim,
donec ad meliorem fortunam pervenerint: nam
si postea aliquid sibi acquisierint, restet iterum
conveniuntur, non quidem in solidum, sed in
quantum facere possunt, relictis ipsis alimentis,
ne egeant, l. 4, & l. 6, D. De tess. bon l 173, in pr. D.
De R. 1. & fin. Inſt. De actionib. † Nisi cessio bo-
norum suisset ignominiosa, hoc est, cum signo a-
liquo ignominioso coactus fuerit debitor a cre-
ditoribus suis bonis cedere, sicut sit in quibusdam
civitatibus; quae specie amplius conveniri non
potest debitor, tamquam hoc ignominioso signo
satisfactum sit creditoribus. Guido Pap. q. 343.
Dixi, coactus fuerit a creditoribus; nam his in-
vitis ignominiosa cessio in flagenda non est debi-
tori, si scilicet creditores simpliciter cessione fa-
cta malint potius exspectare fortunam meliorem
ipsius debitoris; siquidem invitis creditoribus
aliud pro alio solvi non potest, per text. in l. 2, §. 1,
D. De reb. cred. si cert. pet.
- Hic tamen observandum est, quod non om-
nibus debitoribus hoc beneficium cessionis bo-
norum comperat, sed instantium, qui non datā o-
perā in $\alpha\sigma$ alienum inciderunt: ceterū si quis
in fraudem creditorum suorum bona dilapidave-
rit, indignus est hoc beneficium, per text. in l. fin. §.
fin. D. Que in fraud. cred. facta sunt ut reflit. Bald. ad
l. 1, num. 4, C. Qui bon ced poss & Jason ad §. fin. n.
18, Inſt. De act. neque cum malitus est induigen-
dum, l. 38. D. De rei vend. item si scivit eo tempore,
quo contraxit, se non esse solvendo, excludi-
tur ab hoc eodem beneficio. Ita Jason ad d. §. fin.
num. 19 per text in l. 84, penult. D. De jure dot. Ilbi
tamen Jason perperam allegat Bart ad l. Aliacau-
sa 14, §. un. D. Soluo matrim. quasi hic Bartolus c-
judens sit sententia: cum Bart. eo loci tantum
asserat, † pactum valere inter creditorem & de-
bitorem tempore, quo debitor solvendo non est,
ne uti possit beneficium cessionis. Quod certè us-
que adeò verum existimo, etiam si debitor, sim-
pliciter cessioni bonorum renuntiaret, & con-
sequenter consenserit in carcere. Nam tamen si
haec renuntiatio jus libertatis infringat, cum ex
ea incarceratione sequatur, d l. 71, §. 1, D. De cond. &
demonst. non tamen in se peccatum continet. c. Ex-
scriptio 9, §. fin. sup. De jurejur. ac proinde co-
standum est: siquidem nihil magis convenit hu-
mana fidei, quam pacta servare. l. 1, in pr. D. De
pact. & c. 3, sup. eod. De pact. Attamen non existi-
mo Jason sententiam defendi posse, nisi quare-
nus fraudem quoque admisit debitor: alioqui si fu-
x facilitati imputet creditor, quod cum eo con-
traxerit, qui solvendo non est. Confirmat & ju-
sist regula: Qui cum alio contrahit, vel est, vel

Aa 3 debet

debet esse non ignoratus conditionis ejus, l. 19, in pr. D. De R. I. Vide de hac quæstione, utrum debitor reouintare possit cessioni bonorum, larius Felin. ad d. c. 9, num. 11, cum seqq & Did. Covarr. Var. reol. lib. 2, c. 1, num. 7.

Sed regrediamur ad textum nostrum, quo cùm prohibeatur liberti hominis detentio propter æs alienum, id obtainere diximus in eo, quibus suis cedere vult, alias fecus.

8 Secundò, non procedere in debitore fugiente, quem creditor etiam propriâ auctoritate potest subsequi, & detinere, & ei detrahere, quod sibi debet, per text. in l. Ait prator 10, §. 16, D. Aquil. in fraud. cred. ne, dum judex quaeritur, debitor elabatur, & creditor jaclutram rerum suarum patitur, arg. text. in l. Si longius 18, § un. D. De judic. Id que ad c. 8, ut etiam debitor fugiens impunè occidit posset a creditore, si telo se defendat, resque aliter creditoris salva esse non possint, auctore Bald. ad l. 4, C. Ad L. Corn. de sc. Idemque probat argumentum ductum à fure, cui hic debitor fugiens non absimilis est: is enim si nocturnus est, impunè occiditur; si diurnus, non aliter, quam si telo defendat, ut tamen utroque easum cum clamore testificetur, l. 4, §. un. D. Ad L. Aquil. & l. 54, §. 2, D. De furt. Adde, o si aliter domino res suæ salva esse possint, l. 5, in pr. D. Ad L. Aquil. & c. 2, in pr. inf. De homic. Dom Soto De just. & jure lib. 1, q. 1. rat. 8, circa fin de quolatiis add. d. c. 2.

Tertiò textus noster non procedit in arrestis, quæ passim in Germania contra debitores extra eos & advenas ad simplicem creditoris petitio nem permittuntur, ad eum potissimum effectum, ut creditorem securum reddant debitores, datis pignoribus vel fidejussoribus. Contra cives vero vel incolas arresta non conceduntur, nisi de fuga sit suspecti, & bona immobilia nulla possident. In quo tamen consuetudo cujuslibet civitatis spectanda est; tolerabilia enim sunt, quæ verus consuetudo comprobatur, ait textus, in l. penitus in §. un. D. De pollicitar. Ita And. Gail. lib. 2, Obs 44, n. 10, cum seqq. Qui & prudenter monet, in tract. De manum inject c. 1, num. 12, ne videlicet arresta vagis & indiscretis fiat, atque imperitorum judicium affectioni & turpi lucro cum ignominia alterius subiecta. Nam licet arresta parvi praetudicii sint, eò quod cautione judicio siti & judicatum solvi facile relaxentur, c. 5, §. 9, sup. Vi. l. non cont. Et tamen cum discrimine alterius existimatione temere vagari, & honorem ejus precipitanter prostitueri non oportet, l. Prator 7, in princ. D. De injur. Atque hæc limitatio de arrestis sola consuetudine & statutis Germaniae defenditur, cùm aliqui pugnant arresta cum textu nostro, sed non est absurdum juri communii derogari posse per consuetudinem, c. fin sup. De consuet. Et l. De quib. §. un. D. De legib.

Ad Tit. XXII. De Fidejussoribus, vide Summam Iuris Canonici lib. IIII, tit. ix. §. 6.

IN TIT. XXIII. DE SOLVATIONIBVS.

In Cap. Odoardus 3.

S U M M A R I A.

1. Faicti species discutitur, an Clericus ob æs alienum possit in carcерem conicī, aut cogi cedere bonis.
2. Clerico debitori datur privilegium competentia.
3. Privilegium illud quibus è laicis detur.
4. Reditus beneficij Ecclesiastici adjudicari creditoribus possint, salva Clerico pertinente congruā pro ali- mentis.
5. Privilegio competentia qui Clerici gaudeant.
6. An Etudiosi?
7. Quando luat in corpore, qui non habet in ore.
8. Cessio bonorum in delictis an locum habeat?

9. Paena pecuniaria ob paupertatem an remittenda?
10. Clericus debitor quando teneatur carvere idonee de solvendo.

D Ecclisio hujus Cap. celebris est, siquidem continet privilegium indulsum Clericis, ne ob æs alienum excommunicari vel in carcерem detrudi possiat. Sed facti speciem praemittamus.

Odoardus Clericus à creditoribus suis conventus erat coram Officiali, id est, Vicario Archidiaconi Remensis: is vero confessus debitum, cum propter inopiam solvere non posset, ab eodem